



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xvii. De emptione & venditione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## De empt. & vend.

vinculis adligatus reddere compellitor.

2. *Bona fides.*

Depositarius si rebus suis saluis existentibus depositas amiserit : bona fides abesse presumitor. Idē, si seipsum deposito obtulerit, aliquid pro ipsa custodia receperit, de colpa quoque tenetur. Si verò pactū, culpa, morāve præcessim: casus etiam fortuit⁹ olli imputator. Depositor pro voluntate sua depositum reuocare licet. Contra hoc nullus cōpenſationi locus esto, hec in aliis, si causa ex qua postulabitur liquida est, & facilem exitum habere credetur, admittitur.

### *De Emptione & Venditione. Tit. 17.*

2. *Vt mēſura.*

N V N C & de contractu emptionis & venditionis tractator. Quæ vt bona fide exercetur, omnes iusta pondera & mensuras habento. Si quis ea eāſve lucri ergō mutassit : 30 dies in pane & aqua pœniteto.

1. *Placuit*

Item presbyteri plebes suas, vt & hospitaleſſient, & non cariūs vendant quām in mercato poſſient, admonento. Alioquin tranſeuntes ad presbyterum iſtuc referūto. Illius iuſſu cum humanitate res ollis venduntor.

4. *Peruenit.*

Quam rem vir vxori donationis titulo propter nubtias concesſerit, si eadem consentiente vendiderit: hic emptori iustus possessionis titulus esto. Si per annos triginta conſtantē venditorum matrimonio bona fide ſic poſſederit, & in cōmuneis vſus viri & vxoris venditionis pre- tium conuorsum erit, & venditionis tempore in viri facultatibus vnde mulier ſibi conſulat ex-

titerit: super hoc ne inquietator.

Sanè si venditor vltra dimidiā iusti pretii in <sup>6. Cū cau-</sup>  
venditione facienda deceptus, circumscribtus <sup>sa.</sup>  
siet: emptor aut pretio recepto rem emptam, aut  
quantum legitimè constabit venditionis tem-  
pore iusto pretio defuisse restituto.

Qui enim rē minus dimidia iusti pretii com- <sup>3. Cum di-</sup>  
parassit, si quidem volt, iustum pretium subple-  
to, aut venditionē rescindito. interim verò hæc  
teneto. ipsi emptori possessio ne adimitor. Si  
quid aliud obstabit: contra emptorem propo-  
nitor.

Emptor, si venditori post institutum contra <sup>7. Si vēs-</sup>  
se iudicium ut rem sibi venditam defendat nun-  
ciare obmiserit, vel tempore promulgatae sentē-  
tiæ contumaciter absfuerit, seu si per iniuriā sen-  
tentia lata erit, de euictione ne agito.

Cæterū (ut res absoluatur) creditor qui mu- <sup>5. Ad no-</sup>  
tui datione debitorem habebit obligatū, simu- <sup>stram.</sup>  
lata emptione nihil in fraudem canonis contra  
vsurarios promulgati cōminiscitor. Et si quod  
emptionis instrumentum rerum debitoris, quas  
ab eodem hoc titulo recepsit, confectum erit,  
quo recepta post certum tempus & intra certū  
spatium summagix dimidiā iusti earum pretii  
contingente eas restituere promittet: ex eo rea-  
pse contractum usurarium esse ostenditor. Res  
huiusmodi debitori eiūsve hæredibus per pœ-  
nam cōtra usurarios statutam restituere cogitor.